gnoui ꝙ partes leuitarū nō fuiſſent da
te et fugiſſet vnuſquiſqꝫ in regionē ſuā
de leuitis et cantoꝛibꝫ et de his q̄ mini/
ſtrabāt. et egi cām aduerſuꝫ magiſtratꝰ
et dixi. Quare dereliquimus domū dei
Et cōgregaui eos. et feci ſtare in ſtatio/
nibus ſuis. Et oīs iuda apportabat deci
mā frumēti vini et olei in hoꝛrea. Et cō
ſtituimꝰ ſup hoꝛrea ſelemiā ſacerdotē. et
ſadoch ſcribā. et fadaiam de leuitis. ⁊ iu
xta eos anā filiū zachur filiū mathanie
q̄m fideles cōpꝛobati ſunt ⁊ ipis credi/
te ſup ptes fratrū ſuoꝝ. Memento mei
deus meꝰ ꝓ hoc. ⁊ ne deleas miſeratōes
meas q̄s feci in domo dei mei et in ceri/
monijs eius. In diebꝫ illis vidi in iuda
calcantes toꝛcularia in ſabbato: poꝛtan/
tes aceruos ⁊ onerātes ſup aſinos vinū
et vuas ⁊ ficus et oē onus. et inferētes
in hieruſalē die ſabbati. Et conteſtatus
ſum eos vt in die qua videre liceret vē
derent. Et tyri habitauerūt in ea: infe/
rētes piſces ⁊ oīa venalia. Et vendebāt
in ſabbatis filijs iuda et hieruſaleꝫ. Et
obiurgaui optimates iuda: et dixi eis.
Que eſt hec res mala quā vos facitis. et
ꝓphanatis diē ſabbati? Nunqd non hec
fecerūt prēs nr̄i et adduxit deus nr̄ ſup
nos oē malū hoc et ſup ciuitatē hāc. Et
vos additis iracundiā ſup iſrl̄. violando
ſabbbatū. Factū ē aūt cū q̄euiſſent poꝛ
te hierl̄m die ſabbati: dixi. et clauſerunt
ianuas. et p̄cepi vt nō aperirēt eas vſqꝫ
poſt ſabbatū. Et de pueris meis ꝯſtitui
ſup poꝛtas vt nullus inferret onus die
ſabbati. Et māſerūt negociatoꝛes ⁊ ven
dentes vniuerſa venalia foꝛis hierl̄m ſe
mel ⁊ bis ⁊ ꝯteſtatus ſum eos: ⁊ dixi eis
Quare manetis ex aduerſo muri? Si
ſecūdo hoc feceritis manū mittā in vos
Itaqꝫ ex tpe illo nō venerūt in ſabbato
Dixitqꝫ leuitis vt mundarent̄ ⁊ venirēt
ad cuſtodiendas poꝛtas: et ſanctifiaan/
dā diē ſabbati. Et ꝓ hoc ergo memento
mei deus et parce mihi ſm multitudi/
nem miſerationū tuarū. Sed et in die
bus illis vidi iudeos ducentes vxoꝛes
azotidas ammonitidas: et moabiti/
das. Et filij eoꝝ ex media pte loqueban
tur azotice. et neſciebāt loqui iudaice. ⁊
loquebant̄ iuxta linguam pplī ⁊ pplī. Et
obiurgaui eos ⁊ maledixi. et cecidi ex eis
viros: et decalcaui eos. et adiuraui ī deo
vt nō darent filias ſuas filijs eoꝝ. et nō
acciperēt de filiabꝫ eoꝝ filijs ſuis et ſibi
metipis dicēſ. Nunq̄d ñ in huiuſcemōi
re peccauit ſalomō rex iſrael. Et certe in
gentibꝫ multis nō erat rex ſimilis ei. et
dilectus deo ſuo erat. et poſuit eū deꝰ re/
gem ſup oēm iſrael. Et ipm ergo duxe/
rūt ad peccatū mulieres alienigene. Nū
quid ⁊ nos inobediētes faciemꝰ oē ma/
lū grāde hoc. vt p̄uaricemur in deo nr̄o
et ducamus vxoꝛes peregrinas. De fi/
lijs aūt ioiada filij eliaſib ſacerdotis ma
gni. gener erat ſanaballath hoꝛonitꝭ quē
fugaui a me. Recoꝛdare dn̄e deus meus
aduerſum eos qui polluūt ſacerdotium
iuſqꝫ ſarerdotale et leuiticū. Igit̄ mun/
daui eos ab oībꝫ alienigenis et cōſtitui
oꝛdines ſacerdotū ⁊ leuitarū vnumquē
qꝫ in miniſterio ſuo ⁊ in oblatōne ligno
rū in tempoꝛibꝫ conſtitutis et in pꝛimi/
tijs. Memento mei deus meus in bo/
num. Amen.

Explicit liber Neemie. Incipit liber
Eſdre ſecundus. Capitulū I

e
T fecit ioſias paſca in hie/
roſolymis dn̄o. et immo/
lauit phaſe q̄rtadecia lu/
na pꝛimi menſis: ſtatuēs
ſacerdotes ꝑ vices dierū
ſtolis amictos in tēplo dn̄i. Et dixit le/
uitis ſacris ſeruis iſrl̄: vt ſanctificarent
ſe dn̄o in poſitione ſancte arce dn̄i in do
mo quā edificauit ſalomō filius dauid
rex. Nō erit vobis tollere ſup humeros
eā. Et nūc deſeruite dn̄o vr̄o. et curā a/
gite gentis illius iſrael ex pte ſm pagos
et tribꝫ vr̄as. ſm ſcripturā dauid regis
iſrael. et ſm magnificentiā ſalomonis
filij eius: omnes in templo. et ſm par/
ticulam pꝛincipatus paternā veſtrā eoꝝ
qui ſtāt in cōſpectu fratrū filioꝝ iſrael.

Jmmolate paſca ⁊ ſacrificia parate fra/
trib⁊ vr̃is.et facite ſm̃ p̄ceptū dñi quod
datū eſt moiſi.Et donauit ioſias in ple
bem q̃ inuēta eſt.ouiū.agnoꝝ.et hedoꝛū
et capꝛarū trigita milia:vitulos tria mi
lia.Hec de regalib⁊ data ſunt ſm̃ ꝓmiſ/
ſionē ꝓplo.et ſacerdotib⁊ in paſca.oues
numero duo milia:ac vituli centū.Et
iechonias ⁊ ſemeias ⁊ nathanael fratres
et aſabias ⁊ oziel ⁊ coꝛoba in phaſe.oueſ
quinq̄ milia:vitulos q̄ngentos.Et hec
cū fierēt elegāter:ſteterūt ſacerdotes et
leuite hn̄tes azyma per tribus.Et ſm̃
ptes p̄ncipatus patꝝ i ꝯſpectu ppl'i offe/
rebāt dño ſm̃ ea q̄ i libꝛo moiſi ſcripta
ſunt.⁊ aſſauerūt phaſe igni ꝓut opoꝛte/
bat:et hoſtias coxerūt in emulis et in ol
lis cū beniuolētia.Et attulerunt oib⁊ q̄
erāt ex plebe.et poſt hec parauerūt ſibi ⁊
ſacerdotib⁊.Sacerdotes enī offerebāt
adipes vſq̄ dū finita eſſet hoꝛa:et leuite
parauerūt ſibi ⁊ fratrib⁊ ſuis filijs aarō
Et ſacrificatoꝛes filij aſaph erāt ꝑ oꝛdi/
nem:ſm̃ p̄ceptū dauid.Et aſaph et za/
charias ⁊ ieddim⁹ q̄ erat a rege.et oſtia/
rij ꝑ ſingulas ianuas:ita vt nō p̄uarica/
retur vnuſquiſq̄ ſuā.Fratres enī illoꝛū
parauerut illis.et cōſummata ſunt que
ptinebāt ad ſacrificiū dñi.Jn illa die e/
gerūt phaſe ⁊ offerebāt hoſtias ſup dñi
ſacrificiū.ſm̃ p̄ceptū regis ioſie.et ege/
rūt filij iſrael q̄ inuēti ſūt in tpe illo pha
ſe ⁊ diē feſti azymoꝝ ꝑ dies ſeptē.Et nō
eſt celebꝛatū phaſe tale in iſrael a tpib⁊
ſamuel ꝓphete.et oēs reges iſrael nō ce
lebꝛauerūt tale paſca quale egit ioſias ⁊
ſacerdotes et leuite ⁊ iudei et oīs iſrael
q̄ inuēti ſunt in cōmoꝛatōe hyeroſoly/
mis.Octauodecimo anno regnāte io/
ſia celebꝛatū eſt phaſe.Et directa ſunt
opa ioſie i ꝯſpectu dñi ſui in coꝛde pleno
metuētia.et q̄ circa illū quidē ꝯſcripta
ſunt in p̄ſtinis tpib⁊ de eis q̄ peccauerūt
quiq̄ religioſi fuerūt in dñm p̄ oī gente
et q̄ nō queſierūt verba dñi ſup iſrael.
Et poſt oēm actū hūc ioſie aſcendit pha
rao rex egypti veniens in carchamis ab
itinere ſup eufraten ⁊ exijt in obuiā illi/
uſ ioſias.Et miſit rex egypti ad ioſiam
dicens.Quid mihi et tibi eſt rex iude.
Nō ſum miſſus a dño vt pugnē contra
te.Sup eufraten enim bellū meū eſt.
Feſtinās deſcende.Et n̄ eſt reuerſus io
ſias ſup currū.ſed expugnare eū cona/
batur nō attendens verbum ꝓphete ex
oꝛe dñi.ſed cōſtituit ad eum bellum in
campo mageddo.Et deſcenderūt prin/
cipes ad regē ioſiam.et dixit rex pueris
ſuis.Amouete me a pꝛelio.Jnfirmat⁹
ſum enim valde.Et ſtatim amouerunt
eum pueri ipſius de acie.Et aſcendit ſu
per currum ſecundariū ſuū.et pueniēs
hieroſolymā vita functus eſt.et ſepult⁹
eſt in paterno ſepulcro.et in tota iudea
lugebant ioſiā.et q̄ pꝛeſidebāt cū vxoꝛi/
bus lamentabant eū vſq̄ in hunc diē.
Et datum eſt hoc fieri ſemper in omne
genus iſrael.Hec aūt p̄ſcripta ſunt in li
bꝛo hiſtoꝛiarū regum iude.⁊ ſingula ge
ſta actus ioſie et eius gloꝛia et intellect⁹
eius in lege dñi:queq̄ geſta ſunt ab eo:
et que nō.ſcripta ſunt in libꝛo regū iſra/
el ⁊ iude.Et aſſumētes qui erāt ex gēte
iechoniā filiū ioſie.cōſtituerūt regem ꝓ
ioſia patre ſuo.cum eſſet annoꝝ trigin/
tatrium et regnauit ſuper iſrael menſi/
bus trib⁊.Et amouit eū rex egypti ne re
gnaret in hieroſolymis.et mulctauit gē
tem argenti talenta centū et auri talen/
tum vnum.Et cōſtituit rex egypti io/
achim fratrem ipſius regē iude et hieru
ſalem.et alligauit magiſtratus ioachim
et zaracelē fratrē ſuū.appꝛehendēs redu
xit in egyptū.Annoꝝ erat ioachim vigi/
tiquiq̄ cū regnare cepiſſet in terra iuda
et hierl'm.et fecit malū in cōſpectu dñi.
Poſt hūc aūt aſcendit nabuchodono/
ſoꝛ rex babylonis ⁊ alligans eū in areolo
vinculo ꝑduxit in babyloniā.et ſacra va
ſa dñi accepit nabuchodonoſoꝛ.et tulit ⁊
cōſecrauit in templo ſuo in babylonia.
Nam de immunditia illius et irreligioſi
tate ſcriptum eſt in libꝛo tempoꝛū regū
et regnauit ioachim filius eius pꝛo eo.
Cum autem cōſtitutus eſt erat anno/
rum octo.Regnauit autē menſes tres

et dies decē in hierl'm. et fecit maluʒ in
cōſpectu dñi Et poſt annū mittēs nabu
chodonoſoꝛ tranſmigrauit eū in baby/
oniā ſimul cū ſacris vaſis dñi. et cōſti/
tuit ſedechiā regē iuda ⁊ hierl'm cū eſſet
annoꝝ viginti vni⁹. Regnauit aūt an/
nis vndecim. Et fecit malū in cōſpectu
dñi. et nō eſt veritus a vbis q̄ dicta ſūt
ab hieremia ꝓpheta ex oꝛe dñi. et adiura
tus a rege nabuchodonoſoꝛ piurans di/
ſceſſit ⁊ indurata ceruice ſua ⁊ coꝛde ſuo
trāſgreſſus eſt legitima dñi dei iſrl'. Et
duces ꝑpl'i dñi multa inique geſſerūt ⁊
impie egerūt ſup oēs immūdicias gen
tiū ⁊ polluerūt tēplū dñi qd ſanctū erat
in hieroſolymis. Et miſit de⁹ patrū ipo
rū p angelū ſuū reuocare eos: ꝓpter qd
pceret illis ⁊ tabernaculo ſuo. Ipſi vero
ſubſannabāt in angelis ſuis. et qua die
locutus eſt dñs erant illudētes ꝓphetis
eius. Qui vſqꝫ ad iracundiā cōcitatus ē
ſup gentē ſuā ꝓpter irreligioſitatē ſuā.
et precepit aſcendere reges chaldeoꝛū.
Hi occiderūt iuuenes eoꝝ in gladio. in
circumitu ſancti tēpli eoꝝ ⁊ nō pepercē/
runt iuueni ⁊ ſeni et virgini et adoleſcē
ti: ſed oēs traditi ſūt in man⁹ ipoꝝ ⁊ oīa
ſacra vaſa dñi. et regales apothecas reſu
mentes tulerūt in babyloniā. et incen/
derūt domū dñi. et demolierūt muros
hieruſalē. et turres ei⁹ incēderūt i igne.
Et cōſummauerūt oīa honoꝛifica eius ⁊
ad nihilū redegerūt ⁊ reliqs a gladio du
xerūt in babylonē. Et erāt ſerui illi⁹ vſ/
qꝫ dū regnaret perſe. in repletione verbi
dñi in oꝛe hieremie: qūſqꝫ benigne age/
ret terra ſublata ſua. Oī tpe deſertōnis
ſue ſabbatiçauit in applicatōe annoꝝ ſe/
ſeptuaginta ſeptē. II

Egnāte cyro rege pſarū in con
r ſummatōe verbi dñi i oꝛe hiere
mie. ſuſcitauit dñs ſpiritū cyri
regis pſarū. et predicauit in toto regno
ſuo ſimul p ſcripturā dicēs. Hec dicit
cyrus rex pſarū. Me cōſtituit regē oꝛbi
terrarū dñs iſrael dñs excelſus. et ſigni
ficauit mihi edificare domū ſibi in hie/
ruſalē que eſt in iudea. Si quis eſt ex ge
nere veſtro: dñs ipſius aſcendat cū eo in
hieruſalē. Quotqt ergo circa loca habi/
tant adiuuēt eos q̄ ſunt in loco ipo i au
ro et argēto in dationib⁹ cū equis et iu
mentis: cūqꝫ aliis que ſcdm vota appo/
nuntur in edem dñi q̄ eſt in hieruſalēʒ.
Et ſtantes pꝛincipes tribuū pagoꝛū et
iudee ex tribu beniamin et ſacerdotes ⁊
leuite q̄s excitauit dñs aſcēdere et edifi/
care domū dñi q̄ eſt in hieruſalē et qui
erāt in circūitu eoꝝ adiuuerūt in oī au/
ro ⁊ argēto eius. et iumētis et votis qꝫ
plurib⁹. multi quoꝛū ſenſus excitat⁹ eſt
Et cyr⁹ rex ꝓtulit vaſa ſac dñi q̄ trāſtulit
nabuchodonoſoꝛ rex babylonis ex hieru
ſalē. ⁊ ꝯſecrauit ea idolo ſuo. Et ꝓferēs
ea cyrus rex pſarū tradidit mitridato q̄
erat ſup theſauros ipius. Per hūc autē
tradita ſunt ſalmanaſaro pꝛeſidi iudee.
Hoꝝ aūt hic numer⁹. Libatoꝛia argētea
duo milia qdringenta: athiſce argentee
triginta. phiale auree triginta. item ar/
gentee duo milia qdringente ⁊ alia vaſa
mille. Omnia autē vaſa aurea et argen
tea quinqꝫ milia octingenta ſexaginta.
Et enumerata ſunt ſalmanaſaro ſimul
cū his q̄ ex captiuitate babylonie vene/
rant in hieroſolymā. In artaxerxis aūt
regis pſaꝝ tpibus ſcripſerūt ei de his q̄
inhabitant in iudea ⁊ hierl'm balſamuſ
et mitridatus ⁊ ſabellius ⁊ rathim⁹ bal
themus ſamelius ſcriba. et reliq inhabi
tātes in ſamaria. et ceteris locis ſubie/
ctam epiſtolā regi artaxerxi. Dñe pueri
tui rathimus ab accidētib⁹. et ſabellius
ſcriba. et reliqui curie tue iudices in ce/
leſyriā ⁊ phenicē. Et nunc notū ſit dño
regi: qm̄ iudei q̄ aſcenderunt a vobis ad
nos veniētes in hierl'm ciuitatē refugā
et peſſimā. edificant furnos eius et ſta/
tuūt muros. et templū ſuſcitāt. Qꝛ ſi ci/
uitas iſta ⁊ muri ꝯſummati fuerint nō
tm̄ tributa nō ſuſtinebunt pendere ſed
etiā regib⁹ reſiſtēt. Et qꝛ id agit circa tē
plum. recte haberi arbitrati ſumus nō
deſpicere hoc ipm. ſed notū facere domi/
no regi vt ſi videbitur rex queraf in li/
bꝛis patrū tuoꝝ et iuuenes in ammoni

tionibꝰ ſcripta de his:ſcies qm̄ ciuitas
iſta fuit refuga:et reges et ciuitates cō/
cutiēs.et iudei refuge et prelia ꝯmittē/
tes in ea ab eterno. ob quā cauſaȝ ciui/
taſ iſta deſerta ē. Nūc ğ notū facimꝰ dn̄e
rex:qm̄ ſi ciuitas hec edificata fuerit et
huiꝰ muri erecti fuerīt:deſcēſus tibi nō
erit i celeſyriā ⁊ phenicē. Tūc ſcripſit rex
rathimo|q ſcribebat accidētia ⁊ balthi/
mo ⁊ ſabellio ſcribe·et ceteris cōſtitutis
et inhabitantibꝰ in ſyria et phenice ea q̄
ſubiecta ſunt. Legi epl'am quā miſiſtis
mihi. Precepi ğ inquiri.et inuentū eſt
qm̄ ciuitas illa eſt ab euo regibꝰ reſiſtēs
et hoīes refuge ⁊ prelia in ea efficientes.
et reges fortiſſimi erāt in hierl'm domi/
nātes ⁊ tributa exigēteſ.a celiſyria ⁊ phe
nice. Nūc ğ p̄cepi ꝓhibere hoīes illos edi
ficare ciuitatē.⁊ ꝓhibere ne q̄d vltra hec
fiat:ſed nec ꝓcedāt in plurimū.ex q̄ ſūt
malitie.ita vt regibus moleſtia impor/
tēt. Tūc recitatis his q̄ a rege artaxerxe
ſcripta fuerāt rathimus ⁊ ſabelliꝰ ſcriba
et q̄ cū his cōſtituti erāt iungētes feſti/
nāter venerūt in hieruſalē cū equitatu
et turba.⁊ agmine:ceperūtq; edificātes
ꝓhibere. Et vacabāt ab edificatōe tēpli
in hieruſalē vſq; ſecūdo anno regni da/
rij regis perſarum. III

Et darius fecit cenā magnā oī
t bus vernaculis ſuis.et oībꝰ ma
giſtratibꝰ medie ⁊ pſidis ⁊ oībꝰ
purpuratis.⁊ p̄toribꝰ ⁊ cōſulibꝰ ⁊ p̄fectꝭ
ſub illo ab india vſq; ethiopiā centū vi
gintiſeptē ꝓuincijs Et cū māducaſſent
et bibiſſent et ſatiati reuerterent̄. tunc
darius rex aſcēdit in cubiculo ſuo:et dor
miuit.et expgefactꝰ eſt. Tūc illi tres iu/
uenes corꝑis cuſtodeſ q̄ cuſtodiebāt cor
pus regis:dixerūt alter alteri. Dicamꝰ
vnuſ q̄ſq; nr̄m ſermonē q̄ p̄cellat ⁊ cuiuſ
cūq; apparuerit ſermo ſapiētior alteriuſ
dabit illi rex darius dona magna purpu
ra cooperiri.et in auro bibere et ſup au/
rum dormire.et currū aureo freno et cy
darim byſſinā et torquē circa collū et ſe
cundo loco ſedebit a dario ꝓpter ſapien
tiam ſuā:⁊ cognatuſ darij vocabit̄. Tūc
ſcribentes ſinguli ſuū verbū ſignificaue
runt.et poſuerūt ſubtus ceruical darij
regis:et dixerūt. Cūq; ſurrexerit rex da
bimus illi ſcripta nr̄a.et q̄dcūq; iudica/
uerit rex e tribꝰ ⁊ magiſtratus perſidis
qm̄ verbū eiꝰ ſapiētius eſt:ipi dabit̄ vi/
ctoria ſicut ſcriptuȝ eſt. Unus ſcripſit.
Forte eſt vinū. Alius ſcripſit. Fortior ē
rex. Terciꝰ ſcripſit. Fortiores ſunt mu/
lieres. ſup oīa aūt vincit veritas. Et cū
ſurrexiſſet rex:acceperunt ſcripta ſua.et
dederūt illi et legit. Et mittēs vocauit
oēs magiſtratꝰ pſarū.⁊ medos ⁊ purpu
ratos ⁊ p̄tores ⁊ p̄fectos.et ſederūt i cō/
cilio.⁊ lecta ſunt ſcripta corā ipis. Et di
xit. Uocate adoleſcētes.⁊ ipi iudicabūt
verba ſua. Et vocati ſunt ⁊ introierunt.
Et dixit illis. Judicate nobis de his q̄
ſcripta ſūt. Et cepit prior q̄ dixerat de for
titudine vini ⁊ dixit. Uiri q̄ p̄ualet vi/
num oībus hoībꝰ q̄ bibūt illud. Sedu/
cit mentē. Itemq; regis ⁊ orphani facit
mentē vanā. Itē ſerui ac liberi paupis
ac diuitis ⁊ oēm mentē ꝯuertit i ſecuri/
tatē ⁊ iocunditatē.et nō meminit omnē
triſticiā ⁊ debitū.et oīa p̄cordia facit ho/
neſta.et nō meminit regē nec magiſtra
tū ⁊ oīa p talēta loq̄ facit. Et n̄ memine
rūt cū biberūt amicitiā nec fraternitatē
ſed nō multū poſt ſumūt gladios ⁊ cū a
vino merſerint ⁊ ſurrexerint nō memi/
nerūt q̄ geſſerīt. O viri:nū p̄cellit vinū
Quis ſic cogitat facere ⁊ tacuit hō dicto

T inchoauit ſequēs di/ IIII
e cere:qui dixit de fortitudine re/
gis. O viri:nū p̄cellunt hoīes q̄
terrā et mare obtinent.et oīa que in eis
ſunt. Rex aūt ſup oīa p̄cellit. et dn̄atur
eoꝝ:et omne q̄dcūq; dixerit illis faciūt.
Et miſerit illos ad bellatores:vadunt ⁊
demoliunt̄ montes et muros et turres
Jugulant̄ et iugulant et regis verbum
nō p̄tereunt. Nā ſi vicerint afferūt regi
oīa q̄cūq; p̄dati fuerint. Similiter et a/
lij oēs.et quotquot nō militant nec pu/
gnant ſed colūt terrā rurſuȝ cū fuerint
metentes afferunt tributa regi. Et ipſe
vnus ſolus ſi dixerit| occidite: occidunt

dixerit remittite: remittũt. dixerit ꝑcuti
te: ꝑcutiũt. dixerit exterminate extermi
nant. dixerit edificate: edificant. dixerit
excidite: excidũt. dixerit plãtate: plantãt
Et oĩs plebs ⁊ virtutes eũ obaudiũt. ⁊
ſuꝑ hoc ipſe recumbit et bibit et dormit.
Hi aũt cuſtodiũt in circuitu eũ et nõ
pñt ire ſinguli ⁊ facere opa ſua: ſed in di
cto obaudiẽtes ſunt ei. Viri: quõ non ꝓ
cellit rex q̃ ſic diffamat̃? Et tacuit. Ter-
tius qui dixerat de mulierib⁹ et veritate
hic ẽ zorobabel: cepit loqui. Viri nõ ma
gnus rex et multi hoĩes: nec vinũ ꝓcel-
lit. Quis eſt ḡ qui dñat̃ eoꝝ? Nõne mu
lieres genuerũt regẽ ⁊ oẽm pp̃lm q̃ dña
tur mari ⁊ terre: ⁊ ex illis nati ſunt. ⁊ ipſe
educauerãt eos q̃ plantauerũt vineas
ex quib⁹ vinum fit? Et ipſe faciũt ſtolas
oĩm hoĩm ⁊ ipſe faciũt gloriã hoĩb⁹. ⁊ nõ
pñt hoĩes ſepari a mulierib⁹. Si cõgre-
gauerint aurũ et argentũ et oẽm rem
ſpecioſam ⁊ viderint mulierẽ vnã bono
habitu et bona ſpecie: oĩa hec relinquen
tes in eã intendũt. et apto ore cõſpiciũt
et eã alliciũt magis q̃ȝ aurũ ⁊ argentũ
et oẽm rẽ ſpecioſam. Homo patrẽ ſuũ re
linquit qui enutriuit illũ et ſuã regionẽ:
et ad mulierẽ ſe cõiungit. Et cũ mulie-
re remittit aĩam ⁊ neqȝ patrẽ meminit
neqȝ matrẽ neqȝ regionẽ. Et hinc opor-
tet vos ſcire: q̃m mulieres dñant̃ veſtri.
Nõne doletis? Et accipit hõ gladiũ ſuũ
et vadit in viã facere furta ⁊ homicidia ⁊
mare nauigare ⁊ flumina ⁊ leonẽ videt
et in tenebris ingredit̃. et cũ furtũ fece-
rit ⁊ fraudes et rapinas. amabili ſue af-
fert. Et iterũ diligit hõ vxorẽ ſuã mag̃
q̃ȝ patrẽ et matrẽ. Et multi dementes fa
cti ſunt propter vxores ſuas: et ſerui fa-
cti ſunt ꝓpter illas. et multi perierũt et iu
gulati ſũt. ⁊ peccauerũt ꝓpter mulieres
Et nũc credite mihi q᷑ magn⁹ eſt rex in
ptãte ſua: q̃m oẽs regiones verent̃ tãge
re eũ. Videbã tñ apemẽ filiã bezaſis mi
rifici cõcubinã regis ſedentẽ iuxta regẽ
ad dexterã ⁊ auferentẽ diadema de capi
te eius. et imponentẽ ſibi: et palmis ce-
debat regẽ de ſiniſtra manu. Et ſuꝑ hec

apto ore intuebat̃ eã. et ſi arriſerit ei ri-
det. nã ſi indignata fuerit ei blãdit̃. do-
nec recõciliet̃ in gratiã. O viri. cur non
ſũt fortiores mulieres? Magna eſt ter-
ra ⁊ excelſum ẽ celũ: q̃ iſta agũt. Et tunc
rex ⁊ purpurati intuebant̃ in alterutrũ.
Et incohauit loq̃ de veritate. O viri: nõ
ne fortes ſunt mulieres? Magna ẽ ter-
ra. ⁊ excelſuȝ eſt celũ. ⁊ velox curſus ſolis
cõuertit in gyro celũ in locũ ſuũ in vna
die. Nõne magnific⁹ eſt q̃ hec facit. et ve
ritas magna ⁊ fortior ꝑ oĩb⁹. Oĩs terra
veritatẽ inuocat: celũ etiã ipſam bñdicit
et oĩa opa mouent̃ ⁊ tremũt eã et nõ eſt
cũ ea quicq̃ȝ iniquũ. Vinũ iniquũ. ini-
quus rex. iniq̃ mulieres. Iniqui oẽs fi-
lij hoĩm. et iniq̃ illoꝝ oĩa opa. et nõ eſt in
ipſis veritas. Et in ſua iniq̃tate ꝑibũt et
veritas manet ⁊ inualeſcit ĩ eternũ et vi
uit ⁊ obtinet in ſecula ſeculorũ. Nec eſt
apud eã accipe pſonas neqȝ differẽtias:
ſed q̃ iuſta ſũt facit oĩb⁹. iniuſtis ac mali
gnis ⁊ oẽs benignant̃ ĩ opib⁹ ei⁹. Et nõ
eſt in iudicio ei⁹ iniquũ: ſȝ fortitudo ⁊ re
gnũ ⁊ ptãs ⁊ maieſtas oĩm euoꝝ. Bñdi
ctus de⁹ veritatis. Et deſijt loquẽdo. Et
oẽs pp̃li clamauerũt ⁊ dixerũt. Magna
eſt veritas ⁊ ꝓualet. Tũc rex ait illi. Pe-
te ſi q̃d vis ãpli⁹ q̃ȝ q̃ ſcripta ſũt. et dab
tibi ſm̃ q̇ inuent⁹ es ſapiẽtior primis.
et prim⁹ mihi ſedebis: et cognat⁹ meus
vocaberis. Tũc ait regi. Memor eſto vo-
ti tui qđ vouiſti edificare hierl'm in die q̃
regnũ accepiſti. et oĩa vaſa q̃ accepta ſũt
ex hierl'm remittere q̃ ſepauit cyrus q̃n
mactauit babyloniã. ⁊ voluit remittere
ea ibi. Et tu voluiſti edificare templum
qđ incenderũt idumei q̃n exterminata
eſt iudea a chaldeis. Et nũc hoc eſt qđ po
ſtulo dñe. et q̇ peto hoc eſt maieſtas a te
poſtulo vt facias votũ qđ vouiſti regi ce
li ex ore tuo. Tũc ſurgẽs darius rex oſcu
latus eſt illũ. et ſcripſit epiſtolã ad oẽs
diſpenſatores et prefectos et purpura-
tos vt deducerẽt eum. et oẽs qui cũ illo
erãt oẽs aſcendentes edificare hieruſa-
lem. Et oĩb⁹ ꝑfectis qui erant in ſyria ⁊
phenice et libano ſcripſit epiſtolas: vt

trahere͂t ligna cedrina a libano in hieru
ſalē vt edificarēt cū eis ciuitatē. Et ſcri/
pſit oib⁹ iudeis q̄ aſcendebāt a regno in
iudeā p̄ libertate. oēꝫ potentē ⁊ magiſtra
tū ⁊ p̄fectū nō ſupuenire ad ianuas ipſo
rū. et oēm regionē quā obtinuerāt eſſe
immunē eis. et idumei relinquāt caſtel
la q̄ obtinēt iudeoꝝ ⁊ in ſtructurā tem/
pli dare p̄ ſingulos annos talēta vigin/
ti vſq̄ dū edificaret̄ et ſup ſacrariū holo
cauſtomata hoſtilare quotidie ſicut hn̄t
preceptū: alia talenta decē offerre p ſin/
gulos annos ⁊ oib⁹ q̄ p̄cedūt a babylo/
nia condere ciuitatē vt eſſet libertas tā
ipis q̄ filijs eoꝝ et oībus ſacerdotib⁹ q̄
precedūt. Scripſit aūt et quantitatē et
ſacrā ſtolā iuſſit dari in qua deſeruirent
et leuitis ſcripſit dare precepta vſq̄ in
die qua ɔſummabitur domus ⁊ hieru/
ſalē, extruet̄ ⁊ oib⁹ cuſtodiētib⁹ ciuita
tē ſcripſit dare eis ſortes ⁊ ſtipendia. Et
dimiſit oīa vaſa q̄ ſepauerat cyrus a ba/
bylonia et oīa quecūq̄ dixit cyrus et ipe
p̄cepit fieri et mitti hieruſalē. Et cū p̄/
ceſſiſſet ille adoleſcēs. eleuās faciē i hie
ruſalē. bn̄dixit regē celi et dixit. Abs te ē
victoria. et abs te eſt ſapia et claritas. et
ego ſeruus tuus ſum. Benedictus es q̄
dediſti mihi ſapientiaꝫ. et tibi cōfitebor
dn̄e deus patrū nr̄oꝝ. Et accepit ep̄ſas
et p̄fectus eſt in babyloniā. Et venit et
nunciauit fratrib⁹ ſuis oib⁹ q̄ fuerūt in
babylonia. et benedixerūt deū patrū ſuo
rū. q̄m dedit illis remiſſionē ⁊ refrigeriū
vt aſcenderēt et edificarent hieruſalem
et templū vbi noīatuꝫ eſt nomē eius in
ipo et exultauerūt cū muſicis et leticia
diebus ſeptem. VI

Oſt hec aūt lecti ſunt vt aſcen/
p derēt principes pagoꝝ p domos
et trib⁹ ſuas. ⁊ vxores illoꝝ ⁊ fi
lij et filie eoꝝ et ſerui et ancille ipoꝝ ⁊ pe
cora illoꝝ. Et darius rex miſit vna cum
eis equites mille donec deducerēt eos
in hieruſalē cū pace et cū muſicis et cū
tympanis ⁊ tybijs. et oēs frēs erāt ludē
tes et fecit eos aſcendere ſimul cū eis.
Et hec ſunt noīa viroꝝ qui aſcenderunt
per pagos ſuos in tribꝰ et in partē p̄n
cipatus ipoꝝ. Sacerdotes. filij phine/
es filij aarō ieſus fili⁹ ioſedech. ioachim
filius ʒorobabel filij ſalathiel de domo
dauid. ex p̄genie phares. tribu aūt iuda
qui locutus eſt ſub dario rege perſarum
ſermones mirificos in ſecūdo anno re/
gni ipſius meſe niſan primo. Sunt au
tem hi qui aſcenderūt ex iudea de capti/
uitate trāſmigratōis. q̄s tranſmigrauit
nabuchodonoſor rex babylonie in baby/
lonē: et reuerſus eſt in hieruſalē: Et re/
liquit ptē iudee vnuſq̄ſq̄ in ciuitatē ſuā
qui venerūt cū ʒorobabel et ieſu. neemi
as areores. elimeo. ēmaneo. mardocho
beelſuro. mechpſatochor. olioro emo/
nia. vnus de principibus eoꝝ ⁊ numer⁹
a gentib⁹ eoꝝ ex p̄poſitis eoꝝ. Filij pha/
res duo milia centū ſeptuagitaduo. Fi/
lij ares tria milia quinq̄gitaſeptē. Filij
ſemo: centū quadragintaduo. In filijs
ieſu et ioabes mille trecētiduo. Filij de/
mu: duo milia q̄dringenti ſeptuaginta.
Filij chorraba: ducēti quinq̄. Filij bani/
ca: centū ſexagintaocto. Filij bebech qua
dringētitreſ. Filij archad: q̄dringētivigi
tiſeptē. Filij chan: trigītaſeptē. Filij ʒo/
roar: duo milia ſexagintaſeptē. Filij ad/
mu quadringenti ſexagintavnus. Filij
aderectis: centum octo. Filij ciaſo et ʒe/
las: centū ſeptem. Filij aʒoroc: q̄dringē
ti trigintanouē. Filij iedarbone centum
trigintaduo. Filij ananie: centū trigin/
ta. Filij aſoni: nonagīta. Filij maſar: q̄/
dringenti vigintiduo. Filij ʒabarus no
nagintaquinq̄. Filij ſepolemō: centūvi
gintitres. Filij nepopas. quinquaginta
q̄nq̄. Filij bechanatus. centū q̄nquagī/
taocto. Filij cebethamus centū triginta
duo. Filij crear batros qui enocadies et
modie: quadringenti vigintitres. Qui
ex gramas ⁊ gabea: centū vigintiunus.
Qui ex beſſelon ⁊ ceagge: ſexaginta quī/
q̄. Qui ex baſtaro: cētū vigītiduo. Qui
ex bechenobes quinquagītaquinq̄. Filij
liptis. centū quinquagintaquinq̄. Filij
lalonni: trecenti quinquagintaſeptem.
Filij ſichem. trecenti ſeptuaginta. Filij

ſuadon et cliomus:trecenti ſeptuagin
taocto.Filij ericꝰ:duo milia centū q̄dra
gintaquinq̧.Filij anaas:trecēti ſeptua
ginta. Sacerdoteſ.Filij eddus filij eu-
ter.filij eliaſib:trecēti ſeptuagintaduo.
Filij e merus:ducēti quinquagintaduo
Filij faſarij:trecēti quinq̄gitaſeptē. filij
caree:ducēti vigītiſeptē.Leuite. Filij ie
ſu in cadulxl.⁊ bamis et ſerebias et edi
as:ſeptuagītaq̄ttuoꝛ. Oīs nūerꝰ a duo
decimo anno:triginta milia q̄dringenti
ſexagītaduo.Filij ⁊ filie ⁊ vxoꝛes. oīs cō
putatio quadraginta milia ducēti qua-
dragintaduo.Filij ſacerdotū qui pſalle-
bāt in templo.Filij aſaph:centūviginti
octo.Oſtiarij vero filij eſmenni.Filij a-
ſer.filij amō filij accuba topa. filij tobi.
oēs centū triginta nouē. Sacerdotes
ſeruientes in templo.Filij ſel.filij gaſ-
pha. filij tobloch.filij carie.filij ſu. filij
hellu. filij labana.filij armacha. filij ac-
cub.filij vtha.filij cetha.filij aggab:filij
obai.filij anani.filij cāna.filij geddu.fi-
lij an.filij radin.filij deſanon.filij necho
ba. filij caſeba. filij gaçe filij oçui. filij
ſimone.filij attre.filij haſtē filij aſiana.fi
lij manei. filij naſiſim. filij accuſu. filij
agiſta.filij açui.filij fauon.filij faſalō.fi-
lij meeda.filij fuſa.filij caree. filij barcꝰ.
filij ſaree.filij coeſi.filij naſith. filij agi-
ſti.filij pedō:ſalomon.filij eius.filij aſo-
phot.filij phaçida.filij celi.filij dedō.filij
gaddahel.filij ſephegi.filij aggia.filij ſa-
chareth.filij ſabathē.filij caroneth. filij
malſith.filij ame.filij ſaſus.filij addus.
filij ſuba.filij eura.filij rahotis.filij phaſ
phat.filij malmō. Oēs ſacro ſeruiētes
et pueri ſalomonis.quadringenti octo-
gintaduo.Hi ſunt filij q̄ aſcenderunt a
chermel et therſa.pꝛincipes eoꝝ. carmel
lam et careth et nō poterāt edicere ciui
tates ſuas ⁊ ꝓgenies. quemadmodum
ſint ex iſrl̄.filij dalari filij tubal filij ne-
chodaici ex ſacerdotibus qui fungebant
ſacerdotio et nō ſunt inuenti.filij obia
filij achiſos.filij addin qui accepit vxoꝛē
ex filiabꝫ phargeleu.et vocati ſunt noīe
eius.Et hoꝝ queſita eſt generis ſcripta

impedatura.et nō eſt inuēta:et ꝓhibiti
ſunt ſacerdotio fungi.Et dixit illis nee-
mias.et aſtharas ne participent ſancta
donec exurgat pontifex doctus in oſten-
ſionem et veritatē.Omnis autē iſrael
erat:acceptis ſeruis ⁊ ancillis quadra-
gintaduo milia trecenti quadraginta.
Serui hoꝛum et ancille ſeptē milia tre
centi trigintaſeptē.Cantoꝛes et canta-
trices ducenti ſexagintaquinq̧.Cameli
quadringenti trigintaquinq̧. Equi ſe-
ptē milia trigintaſex.Muli ducēta mi-
lia quadragintaquīq̧.Subiugalia q̄n-
q̧ milia vigintiquinq̧.Et de pꝛepoſitis
ipis ꝑ pagos.dum venirēt in templum
dei qđ erat in hieruſalē innouare ⁊ ſu-
ſcitare templū in loco ſuo ſm̄ ſuā virtu
tem.et dari in templū.theſaurū opeꝝ ſa
crū auri mnas;duodecim milia ⁊ ſtolas
ſacerdotales centū. Et habitauerūt ſa-
cerdotes ⁊ leuite.et q̄ exierāt de plebe in
hierl̄m ⁊ in regione.et ſacri cantoꝛes et
oſtiarij.et oīs iſrl̄ in regionibꝫ ſuis. In
ſtante aūt ſeptimo mēſe cūq̧ eſſent filij
iſrael vnuſq̄ſq̧ in ſuis rebꝫ cōuenerunt
vnanimes in atriū qđ erat ante ianuā
oꝛientalē. Et ſtātes ieſus filꝰ ioſedech
et fratres eius ſacerdotes. et çoꝛobabel
filius ſalathiel et huius fratres paraue
runt altare vt offerrēt ſup illud holocau
ſtomata ſm̄ qđ in libꝛo moiſi hominis
dei ſcripta ſunt. Et cōuenerunt ſibi ex
alijs nationibus terre.et erexerūt ſacra
rium in loco ſuo oēs gētes terre.et offe
rebant oſtias et holocauſtomata domi-
no matutina.Et egerunt ſcenophegiaꝫ
⁊ diē ſolennē ſicut p̄ceptum eſt in lege
et ſacrificia q̄tidie ſicut opoꝛtebat. ⁊ poſt
hec oblationes inſtitutas.et hoſtias ſab
batoꝝ. et neomeniarū ⁊ dierū ſolenniū
oīm ſanctificatoꝝ.Et quotq̄t ponebant
dn̄o a neomenia ſeptimi menſis cepe-
runt hoſtias offerre deo et templū dn̄i
nondū erat edificatum.Et dederunt pe
cuniam lapidarijs et fabꝛis.et potū ⁊ pa
bula cū gaudio. Et dederūt carra ſido-
nijs ⁊ tyrijs.vt trāſueherēt illis de liba-
no trabes cedrinas.et facerent rates in

ioppe portū.ſm decretū qđ ſcriptū erat
eis a cyro rege pſarū Et in ſecūdo anno
venientes in templū dei in hierl'm. mē-
ſe ſecūdo inchoauit ʒorobabel filius ſala
thiel et ieſus filius ioſedech ⁊ frēs ipoꝝ
et ſacerdotes et leuite.et oēs q̄ venerāt
de captiuitate in hieruſalē.et fundaue-
rūt templū dei.nouilunio ſecūdi mēſis
ſecundi anni.cū veniſſent in iudeā ⁊ hie
ruſalē.Et ſtatuerūt leuitis a viginti an
nis ſup opa dñi.Et ſtetit ieſus et filius
eius et fratres.oēs leuite cōſpirantes et
executores legis.faciētes opa in domo
dñi.Et ſteterūt ſacerdotes hñtes ſtolaſ
cū tubis.et leuite filij aſaph hñtes cym
bala.collaudantes dñm ⁊ benedicentes
ſm dauid regē iſrl'.Et cantabāt canticū
dño:qm̄ dulcedo ei⁹ ⁊ honor i ſecula ſup
oēm iſrael.Et oīs pp̄ls tuba cecinerunt
et ꝓclamauerūt voce magna:collaudan
tes dñm in ſuſcitatōe domus dñi.et ve
nerūt ex ſacerdotib⁹ et leuitis et p̄ſiden
tibus ſm pagos ſeniorib⁹ q̄ viderāt pri
ſtinā domū.et ad hui⁹ edificatiōꝫ cū cla
more ⁊ plāctu magno ⁊ multi cū tubis
et gaudio magno.intm̄ vt pp̄ls nō audi
ret tubas ꝓpt plāctū pp̄li.Turba eñi erat
tubis canēs magnifice:ita vt lōge audi
ret.Et audierūt inimici trib⁹ iude et be-
niamin.et venerūt ſcire q̄ eſſet vox tuba
rū.Et cognouerūt qm̄ q̄ erāt ex captiui
tate edificant templū dño deo iſrl'.Et ac
cedentes ad ʒorobabel et ieſum et p̄poſi
tos pagoꝝ dixerunt eis.Edificabimus
vna vobicū.Similiter eñi audiuimus
dñm nr̄m.et ipi pariter incedimus a die-
bus aſbaſareth regis aſſyrioꝝ:q̄ tranſmi
grauit nos huc.Et dixit illis ʒorobabel
et ieſus et principes pagorū iſrl'.Nō eſt
nobis ⁊ vobis edificare domū dei noſtri
Nos eñi ſoli edificabim⁹ dño iſrael.ſm
ea q̄ p̄cepit nobis cyrus rex pſarū.Gen
tes aūt terre incubātes his q̄ ſunt in iu
dea.et leuātes opus edificatōis.et inſi-
dias et pp̄los adducētes ꝓhibebant eos
edificare.et aggreſſuras exercētes impe
dierūt ne ꝯſummaret̄ edificiū oī tpe vi
te cyri regis ⁊ protraxerunt ſtructurā p̄
biennium vſq̃ ad darij regnū. VI
A ſecūdo aūt anno regni darij
i ꝓphetauit aggeus et ʒacharias
fili⁹ addin ꝓphete apud iudeā et
hieruſalē:in noīe dei iſrl' ſup eos.Tunc
ſtans ʒorobabel filius ſalathiel et ieſus
fili⁹ ioſedech:inchoauerūt edificare do-
mū dñi que eſt in hieruſalē:cū adeſſent
eis ꝓphete dñi et adiuuarēt eos.In ipo
tpe venit ad illos ſyſennes ſubregulus
ſyrie ⁊ phenicis ⁊ ſatrabuʒanes et ſoda-
les eius ⁊ dixerūt eis.Quo p̄cipiēte vo
bis domū hāc edificare.et tectū iſtud et
alia oīa ꝑficitis.Et q̄ ſunt ſtructores q̄
hoc edificāt:Et habuerūt grāꝫ viſitatō
ne facta ſup eos q̄ erant ex captiuitate a
dño ſeniores iudeoꝝ.⁊ nō ſūt impediti
edificare donec ſignificaret̄ dario de oī-
bus iſtis:et rñſuꝫ acciperet̄.Exemplū e-
piſtole quā miſerūt dario.Syſennes
ſubregulus ſyrie ⁊ phenicis ⁊ ſatrabuʒa
nes ⁊ ſodales ei⁹:in ſyria ⁊ phenice p̄ſi-
des regi dario ſalutē.Oīa nota ſint do-
mino regi ꝙ cū aduenissemus in regio-
nē iudee.et introiſſemus in hierl'm in-
uenim⁹ edificātes domū dei magnā ⁊ tē
plū ex lapidib⁹ politis ⁊ magnis ⁊ p̄cio-
ſis materijs in parietib⁹.et opa illa in-
ſtanter fieri.⁊ ſuffragare ⁊ ꝓſperare i ma
nib⁹ eoꝝ ⁊ in oī glā q̃ diligētiſſime ꝑfici
Tūc interrogauim⁹ ſeniores dicentes.
Quo p̄mittēte vobis edificatis domuꝫ
iſtā et opera hec fundatis.Ideo aūt in-
terrogauimus vt notū faceremus tibi
hoīes et p̄poſitos.et nominū ſcripturā
p̄poſitoꝝ poſtulauimus illos.At illi rñ-
derūt nobis dicētes.Nos ſumus ſerui
dñi q̄ fecit celū et terrā.⁊ edificabat̄ hec
dom⁹ añ annos iſtos multos a rege iſrl'
magno ⁊ fortiſſimo:et cōſummata eſt.
Et qm̄ pr̄es nr̄i exacerbantes erāt ⁊ pec
cauerūt in deū iſrael.tradidit eos in ma
nus nabuchodonoſor regis babylonie
regis chaldeorū.et domū iſtā demolien
tes incenderunt.et populū captiuū du-
xerunt in babylonem.In primo anno
regnāte cyro rege babylonie ſcripſit cy-
rus rex domum hanc edificare.Et illa

ſacra vaſa aurea et argētea q̄ extulerat
nabuchodonoſoꝛ de domo que eſt in hie
ruſalem. et cōſecrauerat ea in ſuo tēplo
rurſus ꝓtulit ea cyrus rex de templo qḋ
erat in babylonia. et tradita ſunt ꝣoꝛoba
bel ⁊ ſalmanaſaro ſubregulo. Et p̄ceptū
eſt eis vt offerrent hec vaſa ⁊ reponerēt
in templo qḋ erat in hieruſalē. et ipſum
templum dei edificare in loco ſuo. Tūc
ſalmanaſarus ſubiecit fundamenta do-
mus dn̄i que eſt in hieruſalem. ⁊ exinde
vſq; nūc edificatur: et nō accepit ꝯſum-
mationē. Nunc ergo ſi iudicat̄ a te o rex
ꝑquirat̄ in regalib; bibliotecis cyri regiſ
que ſunt in babylonia. et ſi inuentū fue
rit cōſilio cyri regis ceptā eſſe ſtructurā
domus dn̄i que eſt in hieruſalē. et iudi-
catur a dn̄o rege nr̄o: ſcribat de his no-
bis. Tūc darius rex p̄cepit inquiri in bi
bliothecꝭ. et inuēt᷒ eſt in egbathanis op
pido qḋ eſt ī media regiōe loc᷒ vnus ī q̄
ſcripta erāt iſta. Anno p̄mo regnāte cy-
ro rex cyr᷒ p̄cepit domū dn̄i q̄ eſt ī hieru
ſalē edificare. vbi incendebāt igni aſſi-
duo cui᷒ altitudo ſit cubitoꝝ decē. ⁊ lati
tudo cubitoꝝ ſexaginta q̄drat̄ū lapidib;
politis tribus. et meniano ligneo eiuſdē
regionis. et meniano vno nouo et im-
pendia dari de domo cyri regiſ. ⁊ ſacra va
ſa dom᷒ dn̄i tā aurea q̄ argētea q̄ extu-
lit nabuchodonoſoꝛ in domū dn̄i q̄ eſt ī
hierl̄m vbi erāt poſita vt ponant̄ illic. Et
p̄cepit curā agere ſyſennē ſubregulū ſy-
rie et phenicis ⁊ ſubtrabuſanē ⁊ ſodales
eius. et q̄ oꝛdinati erant in ſyria ⁊ pheni-
ce pꝛeſides vt abſtinerēt ſe ab eodē loco
Et ego q̄ȝ pꝛecepi in totū edificare. et ꝓ
ſpexi vt adiuuent eos qui ſunt ex captiui
tate iudeoꝝ donec cōſummaret̄ templū
edis dn̄i. et a vexatione tributoꝝ celeſy-
rie et phenicis. diligēter quantitatē da-
ri his hoīb; ad ſacrificiū dn̄i ꝣoꝛobabel p̄
fecto ad tauros et arietes ⁊ agnos. ſimi
liter aūt ⁊ frumentū ⁊ ſal ⁊ vinū ⁊ oleū
inſtāter ꝑ ſingulos annos. ꝓut ſacerdo
tes q̄ ſunt in hieruſalē dictauerint cōſu
mi quotidie ſine vlla dilatione. vt offe-
rantur libationes ſummo deo ꝓ rege et
pueris eius: et oꝛent ꝓ ipſoꝝ vita. Et de
nunciet̄ vt quicūq; tranſgreſſi fuerint
aliq̄d ex his q̄ ſcripta ſunt aut ſpꝛeuerit
accipiat̄ lignū de ſuis ꝓpꝛijs et ſuſpendā
tur. et bona ipſoꝝ regi aſcribant̄. Propte
rea et dn̄s cuius nomē inuocatū eſt ibi.
exterminet omnē regē ⁊ gentē q̄ manū
ſuā extenderit ꝓhibere. aut male tracta-
re domū domini illā que eſt in hieruſa-
lem. Ego darius rex decreui q̄ȝ diligen-
tiſſime ſc̄m hec fieri.

VII

t Tūc ſyſennes ſubregul᷒ celeſy
rie et phenicis ⁊ ſatrabuꝣanes ⁊
ſodales obſecuti his q̄ a dario
rege erāt decreta: inſiſtebāt ſacroſanctiſ
opibus diligētiſſime cooperantes cū ſe
nioꝛibus iudeoꝝ p̄ncipibus ſyrie. ⁊ ꝓſpe
rata ſūt ſacroſancta opa. ꝓphetantib; ag
geo ⁊ ꝣacharia ꝓphetis. Et ꝯſummaue-
runt oīa ꝑ p̄ceptū dn̄i dei iſrael. ⁊ ex ꝯſi-
lio cyri ⁊ darij ⁊ artaxerxis regis ꝑſarū.
Et ꝯſummata eſt dom᷒ nr̄a ⁊ ſc; ad ter
ciā et viceſimā diē mēſis adar: ſexto an-
no darij regis. Et fecerūt filij iſrael ⁊ ſa
cerdotes ⁊ leuite ⁊ ceteri q̄ erāt ex capti-
uitate q̄ appoſiti ſunt ſc̄m ea que ſcripta
ſunt in libꝛo moiſi. Et obtulerūt in de-
dicationē tēpli dn̄i. tauros cētū. arietes
ducētos. agnos q̄dringentos. et hedos
ꝓ peccatis vniuerſi iſrael duodecim: ſc̄m
numerū tribuum iſrael. Et ſteterūt ſa-
cerdotes et leuite amicti ſtolis ꝑ tribus
ſuper opera dn̄i dei iſrael. ſc̄m libꝛū moiſi
et oſtiarij ꝑ ſingulas ianuas. Et egerūt
filij iſrael cum his qui erant ex captiui-
tate illud phaſe quartadecima luna mē
ſis pꝛimi: q̄n̄ ſanctificati ſunt ſacerdoteſ
et leuite. Oēs filij captiuitatis nō ſunt
ſimul ſanctificati qꝛ leuite oēs ſil̄ ſancti
ficati ſūt. Et īmolauerūt phaſe vniuer
ſi filij captiuitatis ⁊ fratrib; ſuis ſacer-
dotib; ⁊ ſibimetipſis. Et māducauert̄ fi
lij iſrl̄ q̄ erāt ex captiuitate oēs q̄ remāſe
rāt ab oīb; execrationib; gētiū terre q̄rē
tes dn̄m. ⁊ celebꝛauert̄ diē feſtū aꝣymoꝝ
ſeptē dieb; epulātes in ꝯſpectu dn̄i q̄m̄
cōuertit ꝯciliū regis aſſyrioꝝ ī eos. ꝯfoꝛ
tare manus eoꝝ ad opera dn̄i dei iſrael.

Et poſt hūc regnāte ar/ VIII
e taxerxe perſarū rege.acceſſit eſ/
dras filius açarie.filij helchie.fi
lij ſalome.filij ſadoch.filij achitob.filij
ameri.filij açahel.filij bocci.filij abiſue.fi
lij phinees.filij eleaçari.filij aaron pri/
mi ſacerdotis.hic eſdras aſcēdit de ba/
bylonia cū eſſet ſcriba et ingenioſus in
lege moiſi q̄ data eſt a dn̄o iſrl':docere ⁊
facere.Et dedit ei gloriam ꝙ inueniſſet
gratiā in omni dignitate et deſiderio in
cōſpectu eius.Et aſcenderunt ſimul cū
ipo ex filijs iſrl' et ſacerdotib⁹ et leuitis ⁊
ſacris cātorib⁹ tēpli.et oſtiarijs ⁊ ſeruis
tēpli in hieruſalē.Anno ſeptimo regnā
te artaxerxe in quinto menſe.hic annus
ſeptim⁹ eſt regni:exeūtes de babylonia
nouilunio quinti menſis venerūt hiero
ſolymā iuxta preceptū illius ſm ꝓſperi
tate itineris a dn̄o ipſorum datā eis.In
his enī eſdras magnā diſciplinā obtine
bat ne ꝑtermitteret quicq̄ eoꝝ q̄ eſſent
ex lege dn̄i et p̄ceptis ⁊ docendo vniuer
ſum iſrael omnē iuſticiā et iudiciū.Ac/
cedentes aūt q̄ ſcribebāt ſcripta artaxer/
xis regis.tradiderūt ſcriptū qđ obuene
rat ab artaxerxe rege ad eſdram ſacerdo
tē ⁊ lectorē legis dn̄i:cui⁹ exemplū ſubie
ctū eſt.Rex artaxerxes eſdre ſacerdoti ⁊
lectori legis dn̄i ſalutē.Humanior ego
iudicās in bn̄ficijs p̄cepi eis q̄ deſiderāt
ex gēte iudeoꝝ ſua ſpōte.et ex ſacerdoti/
bus ⁊ leuitis q̄ ſunt in regno meo comi
tari tecū in hieruſalē.Si q̄ ergo cupiūt
ire tecū ꝯueniant ⁊ ꝓficiſcant̄ ſicut pla/
cuit mihi et ſeptē amicis meis conſilia/
rijs vt viſitent ea q̄ agunt̄ ſm iudeā et
hieruſalē.obſeruātes ſicut habes in le/
ge dn̄i.et ferāt munera deo iſrl'.q̄ voui
ego ⁊ amici hieruſalē ⁊ oē aurū ⁊ argen/
tū qđ inuentū fuerit in regione babylo
nie dn̄o in hieruſalē cū illo qđ eſt dona/
tū ꝓ ipſa gente in templū dn̄i eoꝝ qđ ē
in hieruſalē:vt colligat̄ hoc aurū ⁊ argē
tum ad tauros et arites et agnos et he/
dos.et q̄ his ſunt cōgruentia:vt offerāt
hoſtias dn̄i ſup altare dn̄i ipſorū qđ eſt
in hieruſalē.Et oīa quecūq̄ volueris cū
fratrib⁹ tuis facere auro et argento ꝑfi
ce ꝓ voluntate tua ſm preceptū dn̄i dei
tui et ſacroſancta vaſa q̄ data ſunt tibi
ad opa domus dn̄i dei tui que eſt in hie
ruſalē.et cetera q̄cūq̄ tibi ſubuenerint
ad opa templi dn̄i dei tui dabis de rega/
li gaçophylatio cū volueris cū fratribus
tuis facere auro et argēto ꝑfice ſm volū
tatē dn̄i.Et ego quidē rex artaxerxis pre
cepi cuſtodib⁹ theſaurorum ſyrie ⁊ phe/
nicis.vt quecūq̄ ſcripſerit eſdras ſacer
dos et lector legis dn̄i diligēter detur ei
vſq̄ ad argēti talenta centū ſimiliter et
auri.et vſq̄ ad frumēti modios centū ⁊
vini amphoras centū et alia quecunq̄
abundant ſine taxatione.Oīa ſm legē
dei fiant deo altiſſimo:ne forte exurgat
ira in regno regis:et filij et filiorum
eius.Vobis aūt dicit̄ vt oībus ſacerdo
tib⁹ et leuitis ⁊ ſacris cantorib⁹ ⁊ ſeruis
tēpli et ſcribis tēpli hui⁹ nullū tributū
neq̄ vlla alia indictio irroget̄.nec habe/
at quiſq̄ poteſtatē obijcere eis quicq̄.
Tu aūt eſdras ſm ſapiaꝫ dei cōſtitue iu
dices ⁊ arbitros in tota ſyria et phenice
et oēs q̄ legē dei tui nō nouerūt doce vt
quotq̄t tranſgreſſi fuerint legē.diligen/
ter plectant̄.ſiue morte ſiue cruciatu ſi
ue etiā pecunie mulctatōe vel abductio
ne.Et dixit eſdras ſcriba.Bn̄dictus do/
minus patrū noſtroꝝ q̄ dedit hāc volun
tatē in cor regis clarificare domū ſuā q̄
eſt in hierl'm.et me honorificauit in cō/
ſpectu regis et ꝯſiliarioꝝ ⁊ amicoꝝ eius
et purpuratoꝝ ei⁹.et ego ꝯſtās aīo fact⁹
ſum ſm opitulationē dn̄i dei mei.Et cō
gregaui ex iſrl' viros vt ſimul aſcenderēt
mecū.Et hi ſunt prepoſiti ſm ſuas pa/
trias ⁊ ꝑncipat⁹ portionales eoꝝ q̄ me/
cum aſcenderūt de babylonia in regno
artaxerxis.Ex filijs phares.gerſomus.
Ex filijs ſiemarith.amenus.Filiorū da
uid acc⁹ fili⁹ ſcecilie.Ex filijs phares ça
charias.et cū eo reuerſi ſunt viri centū
q̄nquagīta.Ex filijs ductoris moabilo/
nis caraei.et cū ipo viri ducēti q̄nqua/
ginta Ex filijs çacuel.iechonias çechoeli
et cum ipſo viri ducenti quinquaginta

Ex filijs ſala.maaſias gotholie.et cū ipo
viri ſeptuaginta.Ex filijs ſaphatie ꝫari
as michel.⁊ cū ipo viri octoginta. Ex fi
lijs iob:abdias iehel.et cū ipo viri ducē
ti duodecim.Ex filijs banie.ſalimoth fi
lius ioſaphie.et cū ipo viri centū ſexagī
ta.Ex filijs beer.ꝫacharias bebei:et cum
ipſo viri ducenti octo.Ex filijs eſead io
hannes aꝫechan.et cū ipſo viri centū de
cem.Ex filijs adonicā ipis poſtremis et
hec ſunt noīa eoꝝ.eliaphalā filius gebel
et ſemeias: et cū ipſo viri ſeptuaginta.
Et cōgregaui eos ad fluuiū qui dicitur
thia.et metati illic fuimus triduo et re⸗
cognoui eos.Et ex filijs ſacerdotū et le
uitarū nō inueni illic.Et miſi ad eleaꝫa
rū et eccelom et maſman et malobā et
enaatha ⁊ ſamea ⁊ ioꝛibū.nathan.enua
gan.ꝫachariā et moſollamū.ipos ducto
res et peritos.Et dixi eis vt venirēt ad
luddeū qui erat apud locū gaꝫophilatij
Et mandaui eis vt dicerēt luddeo ⁊ fra
tribus eius et illis qui erāt in gaꝫophy⸗
latio vt mitterēt nobis eos qui ſacerdo
tio fungerent̄ in domo dn̄i dei noſtri.Et
adduxerūt nobis ſm̄ manum validā do
mini dei noſtri viros peritos:et ex filijs
mooli:filij leui.filij iſrael. ſebebiā.⁊ fili⸗
os ⁊ frēs q̄ erāt decē et octo: aſbiam ⁊ a⸗
min.ex filijs filioꝝ chananei.et filij eoꝝ
viri viginti.Et ex his q̄ in tēplo ſeruie⸗
bant q̄s dedit dauid.et ipſi p̄ncipes ad
operationē leuitis tēplo ſeruientiū du⸗
centi viginti.Oīa noīa ſignificata ſunt
in ſcripturis.Et voui illic ieiuniū iuue⸗
nibus in cōſpectu dn̄i:vt quererē ab eo
bonū iter nobis ⁊ qui nobiſcū erāt et fi
lijs ⁊ pecoꝛibꝫ ꝓpter inſidias.Erubui enī
petere a rege pedites et equites in comi
tatu tutele gratia cōtra aduerſarios no⸗
ſtros.Diximus enī regi:q2m̄ virtus dn̄i
erit cū eis.qui inquirūt eū in oī affectu.
Et iterū deprecati ſumus dn̄m deū no
ſtrum ſm̄ hec. quē et ꝓpitiū habuimus
et ꝯpotes facti ſumꝰ deo nr̄o.Et ſepaui
ex pelbis p̄poſitis.et ſacerdotibꝫ tēpli vi
ros duodecim:et ſebediā ⁊ aſannā et cū
eis ex fratribꝫ eoꝝ viros decē.Et appen⸗
di eis aurū et argentū ⁊ vaſa ſacerdota⸗
lia domꝰ dei nr̄i:q̄ donauerat rex ⁊ ꝯſilia
rij eiꝰ et p̄ncipes ⁊ oīs iſrl̄.Et cū appen⸗
diſſem tradidi argēti talēta centū quin
quaginta.⁊ vaſa argētea talētoꝝ centū
et auri talenta centū.et vaſoꝝ aureoꝛū
ſepties vigīti.et vaſa erea de bono era⸗
mēto ſplendētia duodecim. auri ſpeciē
reddētia.Et dixi eis.Et vos ſancti eſtis
dn̄o.et vaſa ſunt ſancta.et aurū et argē
tū votū eſt dn̄o deo patrū nr̄oꝝ. Vigila
te et cuſtodite donec tradatis ex plebis
p̄poſitis et ſacerdotibꝫ ⁊ leuitis et p̄nci⸗
pibus ciuitatū iſrael in hierl̄m.ī paſtofo
rio domꝰ dei nr̄i.Et hi qui ſuſceperūt ſa
cerdotes ⁊ leuite.aurū et argentū ⁊ va⸗
ſa intulerunt in hierl̄m in templū dn̄i.
Et ꝓmouimꝰ a fluuio thia die duodeci⸗
ma mēſis pꝛimi:vſqueq̄ introiuimus ī
hieruſalē.Et cū factus fuiſſet terciꝰ di⸗
es:q̄rta aūt die ponderatū aurū ⁊ argen
tū traditū eſt in domo dn̄i dei noſtri ma
rimoth filio ioꝛi ſacerdoti.et cū ipo erat
eleaꝫar filius phinees.et erāt cum ipis
ioſadus filius ieſu et medias ⁊ banni fi
lius leuite.ad numerū ⁊ ad pondus vni
uerſa.Et ſcriptuꝫ eſt pondus ipoꝝ eadē
hoꝛa.Qui autē venerūt ex captiuitate:
obtulerunt ſacrificiū dn̄o iſrael. tauros
duodecim ꝓ omni iſrl̄.arietes octogin⸗
taſex.agnos ſeptuagintaduos. hircos ꝓ
peccato duodecim.et pꝛo ſalute vaccas
duodecim:omnia in ſacrificium dn̄i.Et
elegerūt p̄cepta regis regalibus diſpen⸗
ſatoꝛibus et ſubregulis celeſyrie et phe⸗
nicis.et honoꝛificauerunt gentē et tem⸗
plum dn̄i.Et cōſummatis his acceſſe⸗
runt ad me pꝛepoſiti:dicētes.Nō ſegre
gauerūt genus iſrael ⁊ p̄ncipes et ſacer⸗
dotes ⁊ leuite et alienigene gētes et na
tiones terre immunditias ſuas a cha⸗
naneis et ethei⸗ ⁊ phereꝫeis ⁊ iebuſeis
et moabitis ⁊ egypcijs ⁊ idumeis. Cō⸗
iuncti enī ſunt filiabꝫ eoꝝ ⁊ ipſi ⁊ filij eo
rū ⁊ mixtū eſt ſemē ſanctū alienigenis
gētibꝫ fre.⁊ pꝛincipes erāt p̄poſiti ⁊ mgr̄a
tus iniq̄tatis eius ab initio ipſius regni
Et mox vt audiui iſta cōſcidi veſtimēta

et ſacrā tunicā.et lacerās capillos capi-
tis et barbam.ſedi dolens ⁊ meſtus.Et
cōuenerūt quotqt tūc mouebanť in ver
bo dñi dei iſrael ad me lugentē ſup ini-
quitatē iſtā.et ſedebā triſtis vſqȝ ad ve-
ſpertinū ſacrificiū.Et ſurgēs a ieiunio
cōciſſa habens veſtimēta.et ſacrā tuni-
cam ingeniculās.et extendēs man⁹ ad
dñm dicebā.Dñe cōfuſus ſum ⁊ reueri
tus ſum ante faciē tuā.Peccata enī no
ſtra multiplicata ſunt ſup capita noſtra
et iniquitates noſtre exaltate ſunt vſqȝ
ad celū:qm̄ a tempoꝛib⁊ patrū noſtroꝝ
ſumus in magno peccato vſqȝ ad diem
hunc.Et ꝓpter peccata noſtra et patruȝ
noſtroꝝ ſumus traditi cū fratrib⁊ nr̄is ⁊
cū ſacerdotib⁊ nr̄is.regib⁊ terre ī gladiū
et captiuitatē et depꝛedationē cum cōfu
ſione:vſqȝ in hodiernū diē.Et nūc qͣtū
eſt ꝙ ꝯtingit nobis miſericoꝛdia abs te
dñe deus.et derelinque nobis radicē et
nomen in locum ſanctificatōis tue de-
tegere luminare noſtꝝ in domo dñi dei
noſtri:dare nobis cibū omni tpe ſerui-
tutis noſtre.Et cū ſeruiremus nō fui-
mus derelicti a dño deo nr̄o ſed cōſtitu-
it nos in grā ponēs nobis reges perſarū
dare cibū.et clarificare templū dñi dei
nr̄i:et edificare deſerta ſion:dare nobis
ſtabilitatē in iudea ⁊ hierl'm.Et nūc qd
dicimus dñe hn̄tes hec.Trāſgreſſi enī
ſumus ꝑcepta tua:ꝗ dediſti in man⁹ pue
roꝛū tuoꝝ ꝓphetarū:dicens.Qm̄ terra
in qua introiſtis poſſidere hereditatē ei⁹
terra polluta eſt coinquinatōib⁊ alieni-
genarū terre ⁊ immunditie illoꝝ reple-
uerūt eā totā immūditia ſua.Et nūc fi
lias vr̄as nō ꝯiūgetis filijs eoꝝ.et filias
eoꝝ nō accipietis filijs vr̄is.et nō inqui
retis pacē hr̄e cū illis oī tpe:vt inuale-
ſcentes māducetis optia terre.⁊ heredi
tatē diſtribuatis filijs vr̄is vſqȝ in euū.
Et ꝗ ꝯtingūt nobis oīa fiūt ꝓpter opa
nr̄a maligna:et magna pctā nr̄a.Et de-
diſti nobis talē radicē.⁊ rurſum reuerſi
ſum̄us trāgredi legitima tua:vti cōmi-
ſceremur immunditie alienigenaꝝ gē-
tiū terre hui⁹.Nōne iraſceris nobis ꝑ-
dere nos quoadvſqȝ nō relinquať radix
et nomē noſtrū.Dñe deus iſrael verax
es.Derelicta eſt enī radix vſqȝ in hodier
nū diē.Ecce nūc ſum⁹ in ꝯſpectu tuo in
iniqtatib⁊ nr̄is.Nō eſt ei adhuc ſtare an̄
te in his.Et cū adoꝛādo ꝯfitereť eſdras
flens humi ꝓſtratus an̄ templū.ꝯgrega
ti ſūt an̄ eū ex hierl'm turba magna val-
de.viri et mulieres ⁊ iuuenes ⁊ iuuēcu
le.Fletus enī erat magnus in ipa mul-
titudine.Et cū clamaſſet iechonias iehe
li ex filijs iſrael:dixit eſdre.Nos ī dñm
peccauim⁹ ꝙ collocauimus nobis ī ma-
trimoniū mulieres alienigenas ex gen-
tibus terre.Et nūc es ſup oēm iſrl'.In
his ergo ſit iuſiurandū a dño.expellere
oēs vxoꝛes nr̄as ꝗ ex alienigenis ſunt
cū filijs eaꝝ.Sicut tibi decretū ē a ma
ioꝛib⁊ ſm legē dñi exurgēs explica ad te
enī ſpectat negocium et nos tecū ſum⁹
Viriliter fac.Et exurgēs eſdras adiura
uit ꝑncipes ſacerdotū ⁊ leuitas ⁊ omnē
iſrael facere ſm hec:et iurauerūt. IX
¶ exurgēs eſdras ante atriū tē
e pli.abijt ī paſtofoꝛiū ionathe fi-
lij naſabi.⁊ hoſpitat⁹ illic nō gu
ſtauit panē nec aquā bibit ſup iniquita-
tē multitudis.Et facta ē ꝑdicatio in oī
iudea et in hierl'm oīb⁊ ꝗ erāt ex captiui
tate in hierl'm ꝯgregati.vt quicūqȝ non
occurrerit biduo vel triduo diei ſm iudi
ciū aſſidentiū ſenioꝝ.tollereť faculta-
tes ſue ⁊ ipe alienus iudicareť a multi-
tudine captiuitatis.Et cōgregati ſunt
oēs ꝗ erāt ex tribu iuda ⁊ beniamin ī tri
bus dieb⁊ ī hierl'm.Hic mēſis eſt non⁹
dies mēſis viceſim⁹.Et ſedit oīs multi
tudo in area tēpli tremētes ꝓpter hye-
mē pn̄teȝ.Et exurgēs eſdras dixit illis.
Uos iniq feciſtis collocādo vobis ī mrī
moniū vxoꝛes alienigenas:vt adderetȝ
ad pctā iſrl'.Et nūc date ꝯfeſſionē ⁊ ma
gnificentiā dño deo patꝝ nr̄oꝝ ⁊ ꝑficite
voluntatē ipi⁹.⁊ diſcedite a gētib⁊ tre et
ab vxoꝛib⁊ alienigenis.Et clamauit oīs
multitudo:et dixerūt voce magna.Si
cut dixiſti:faciemus.Sed quoniā mul
titudo magna eſt.⁊ tēpus hybernū ⁊ nō

poſſumus inſubſidiati ſtare. ꝛ hoc opus
nō eſt nobis vni⁹ diei. necꝫ bidui. mul/
tum enī in his peccauimus. ſtēt ꝑpoſiti
multitudinis. et oēs q̄ nobiſcū inhabi/
tant. et quotq̄t hn̄t vxores apud ſe alie/
nigenas: et aſſiſtāt: accepto tpe ex oī lo/
co ꝑſbiteri et iudices. vſqueq̄ ſoluāt irā
dn̄i negocij huius. Jonathas aūt filius
eçeli. et oçias thecam ſuſceperūt ſm hec
et boſoram⁹ ꝛ leuis et ſabbatheus ſimul
cooperati ſunt cū illis. Et ſteterunt ſm
hec oīa vniuerſi q̄ erāt ex captiuitate. Et
elegit ſibi viros eſdras ſacerdos princi
pes magnos de patrib⁹ eoꝝ ſm noīa. et
cōſederūt nouilunio menſis decimi ex/
aminare negocium iſtud. Et determina
tum eſt de viris qui habebāt vxores a/
lienigenas vſqꝫ ad neomenia primi mē
ſis. et inuēti ſunt ex ſacerdotib⁹ ꝑmixti q̄
habebāt alienigenas vxores. Et filijs ie
ſu filij ioſedech et fratrib⁹ eius. maſeas
et elieçer⁹ ꝛ lorib⁹ ꝛ ioadeus et iniecerūt
man⁹ vt expellerēt vxores ſuas. et ad li/
tandū in exorationē arietē ꝓ ignorantia
ſua. Et ex filijs ſemmeri maſeas ꝛ eſſes
et ieelech. açarias. Et ex filijs foſereliſo
maſias. hiſmaenis et nathanae. iuſſio
reddus ꝛ talfas. Et ex leuitis. iorabdus
et ſemeis et colnis ꝛ calitas ꝛ facteas et
coluas ꝛ elionas. Et ex ſacris cantorib⁹
eliaſib. çaccarus. et ex oſtiarijs. ſallum⁹
et tolbanes. Et ex iſrl'. ex filijs foro oſi et
remias et geddias ꝛ melchias ꝛ mihel⁹
et eleaçarus ꝛ iēmebias ꝛ bānas. Et ex
filijs iolamā: chamas ꝛ çacharias et ieç
relus ꝛ iodius ꝛ emmoth ꝛ helias. Et ex
filijs çathoim. eliadas ꝛ liaſumus. çochi
as a larimoth et çabdis et rebedias. Et
ex filijs çebes: iohānes ꝛ amanias ꝛ çab
dias et emens. Et ex filijs bāni. olam⁹
et maluchus ꝛ ieddeus ꝛ iaſub ꝛ aſabus
et hierimoth. Et ex filijs addin: naath⁹
ꝛ mooſias ꝛ cale⁹ ꝛ raanas maaſeas ma
tathias ꝛ beſeel ꝛ bōnus ꝛ manaſſes. et
ex filijs nuae. noneaſ ꝛ afeas ꝛ milchias
et ſameas et ſimō beniamin ꝛ malchus
et marras. Et ex filijs aſom: carianeus
matathias ꝛ bānus ꝛ eliphalach ꝛ ma/
naſſes et ſemei. Et ex filijs bāni: hiere/
mias ꝛ moodias ꝛ abram⁹ et iohel ꝛ ba
neas ꝛ pelias ꝛ ionas et marimoth ꝛ eli
aſib ꝛ mathane⁹ ꝛ eliaſis ꝛ oriſas et die/
lus ꝛ ſemedius et ſambris io ephus. et
ex filijs nobei: idelus ꝛ marathias et ſa/
badus et çecheda ſedmi ꝛ ieſſei baneas.
Oēs iſti cōiunxerūt ſibi vxores alieni/
genas: et dimiſerūt eas cū filijs. Et in/
habitauerūt ſacerdotes ꝛ leuite: et qui
erāt ex iſrael in hierl'm. et in tota vna re
gione: nouilunio menſis ſeptimi. Et e/
rant filij iſrael in ꝯmoratōib⁹ ſuis. Et
congregata eſt oīs multitudo ſimul in
areā q̄ eſt ab oriēte porte ſacre. Et dixe/
runt eſdre pontifici et lectori. vt afferret
legem moiſi que tradita eſt a dn̄o deo iſ
rael. Et attulit eſdras pontifex legem o/
mni multitudini eoꝝ a viro vſqꝫ ad mu
lierem et omnib⁹ ſacerdotibus: audire
legē nouilonio menſis ſeptimi. Et lege
bat in area que eſt ante ſacrā portā tem
pli: a prima luce vſqꝫ ad veſperā corā vi/
ris et mulieribus. Et dederunt omnes
ſenſum ad legem. Et ſtetit eſdras ſacer
dos et lector legis ſuper ligneū tribunal
quod fabricatū erat. Et ſteterunt ad eū
marathias et ſamus. ananias açarias.
vrias. et eçechias ꝛ balſamus ad dexte/
ram. et ad ſiniſtrā faldeus. miſael. mala
chias abuſthas ſabus nabadias. et ça/
charias. Et aſſumpſit eſdras librū corā
omni multitudine: ꝑſidebat enī in glo/
ria in cōſpectu omnium. Et cum abſol/
uiſſet legem omnes recti ſteterūt. et be/
nedixit eſdras dominum deum altiſſi/
mum: deum ſabaoth omnipotentem.
Et reſpondit omnis populus amen.
Et eleuatis ſurſum manibus: prociden
tes in terram adorauerunt dominum.
Jeſus et banaeus et ſarebias et iaddi/
mus et accubus et ſabbatheus. et ca/
lithes et açarias et ioradus et ananias
et philias leuite qui docebant legem
domini. et in multitudine legebant le/
gem domini. Et proferebant ſinguli e/
os qui intelligebant lectionem. Et di/
xit atharathes eſdre pontifici et lectori

et leuitis qui docebant multitudinẽ di-
cens. Dies hic ſanctus eſt dño. Et oẽs
flebãt cũ audiſſent legẽ. Et dixit eſdras
Digreſſi ergo manducate pinguiſſima
q̃cq̨ ⁊ bibite dulciſſima q̃cq̨ ⁊ mittite mu
nera his q̃ nõ habent. Sanctus eñi eſt
hic dies dñi ⁊ nolite meſti eſſe. Dñs eñi
clarificabit vos. Et leuite denunciabũt
in publico oĩbꝫ: dicẽtes. Dies hic ſanct⁹
eſt. Nolite meſti ẽẽ. Et abierũt oẽs mã
ducare et bibere ⁊ epulari. ⁊ dare mune
ra his q̃ nõ habebãt vt epulent̃. Magni
fice eñi ſunt exaltati verbis q̃bus edocti
ſunt. Et cõgregati ſunt vniuerſi in hie-
ruſalẽ celebrare leticiã: ſm teſtamentũ
dñi dei iſrael.

Explicit liber eſdre ſecundus. Inci-
pit liber Eſdre tercius Capitulũ .I.

Iber eſdre ꝑfecte ſecũd⁹
filij ſarei. filij açarei. filij
i helchie filij ſadanie. filij ſa
doch. filij achitob. filij a-
chie. filij phinees. filij he-
lie. filij amerie. filij a ſiei filij marimoth
filij arna. filij oçie. filij borith. filij abiſei
filij phinees. filij eleaçar. filij aarõ ex tri-
bu leui. q̃ fuit captiuus ĩ regione medo-
rũ in regno artarexxis regis pſarũ. Et
factũ eſt verbũ dñi ad me dicẽs. Uade ⁊
nũcia ꝑplo meo facinora ipoꝝ ⁊ filijs eoꝝ
iniquitates q̃s in me admiſerũt: vt nũ-
cient filijs filioꝝ q꞉ peccata parentũ ipo
rũ in illis creuerũt. Obliti eñi mei ſa-
crificauerũt dijs alienis Nõne ego edu
xi eos de terra egypti de domo ſeruitut̃
Ipſi aũt irritauerũt me: et cõſilia mea
ſpreuerũt. Tu aũt excute comã capitis
tui. et ꝓijce oĩa mala ſup illos: quoniã
nõ obedierũt legi mee. Populus autẽ
eſt indiſciplinat⁹ Uſq̨ q̃ eos ſuſtinebo q̃
bus tãta bñficia ꝯtuli: Reges multos
ꝓpter eos ſubuerti. pharaonẽ cũ pueris
ſuis ⁊ oẽm exercitũ ei⁹ ꝑcuſſi. Oẽs gen
tes a facie eoꝝ ꝑdidi et in oriẽte ꝓuincia
rũ duarũ ꝑplos tyri et ſydonis diſſipaui
et oẽs aduerſarios eoꝝ interfeci. Tu vo

loquere ad eos dicens. Hec dicit dñs.
Nõpe ergo vos ꝑ mare trãſmeaui ⁊ pla-
teas vobis initio munitas exhibui. Du
cem vobis dedi moiſen ⁊ aarõ ſacerdo-
tem: lucẽ vobis ꝑ columnã ignis pſtiti.
et magna mirabilia feci in vobis. Uos
aũt mei obliti eſtis dicit dñs. Hec dicit
dñs oĩpotẽs. Cõturnix vobis ĩ ſigno fu
it: caſtra vobis ad tutelã dedi. et illic mur-
muraſtis. et nõ triũphaſtis in nomine
meo de ꝑditõe inimicoꝝ veſtroꝝ ſed ad
huc nunc vſq̨ murmuraſtis. Ubi ſunt
bñficia q̃ pſtiti vobis: Nonne in deſerto
cũ eſuriretis ꝓclamaſtis ad me dicẽtes
vt q̃d nos in deſertũ iſtud adduxiſti in-
terficere nos. Melius nobis fuerat ſer-
uire egyptijs q̃ꝫ mori ĩ deſerto hoc. Ego
dolui gemitus vr̃os et dedi vobis man-
na in eſcã. Panẽ angeloꝝ manducaſtis
Nõne cũ ſitiretis petrã excidi. et flure-
runt aque in ſaturitate. Propter eſtus
folijs arboꝝ vos texi. Diuiſi vobis ter-
ras pingues: chananeos et phereçeos ⁊
philiſtinos a facie veſtra ꝓieci. Quid fa
ciam vobis adhuc dicit dñs. Hec dicit
dñs oĩpotẽs. In deſerto cũ eſſetis in flu
mine ammorreo ſitientes ⁊ blaſphemã
tes nomẽ meũ. nõ ignẽ vobis ꝓ blaſphe
mijs dedi: ſed mittẽs lignũ in aquã dul
ce feci flumen. Quid tibi faciam iacob.
Noluiſti obedire iuda. Transferã me ad
alias gẽtes. et dabo eis nomẽ meũ vt cu
ſtodiãt legitima mea. Qm̃ me dereliq̃-
ſtis: et ego vos derelinquã. Petẽtibꝫ vo
bis a me miam nõ miſerebor. q̃ñ inuo-
cabitis me: ego nõ exaudiã vos. Macu-
laſtis eñi man⁹ vr̃as ſanguine. ⁊ pedes
vr̃i impigri ſunt ad cõmittẽda homici-
dia. Nõ q̃ſi me dereliq̃ſtis: ſed vos ipſos
dicit dñs. Hec dicit dñs oĩpotẽs. Nõne
ego vos rogaui vt pr̃ filios. et mater fi-
lias. et vt nutrix puulos ſuos: vt eſſetis
mihi in populum et ego vobis in deum.
et vos mihi in filios: et ego vobis in pa-
trem. Ita vos collegi vt gallina pullos
ſuos ſub alas ſuas. Modo autem quid
faciam vobis: Proijciam vos a facie
mea. Oblationẽ cum mihi attuleritis